Monseigneur 267

N° 46.

Exaratas die 16. praesentis Illmae Vestrae Excel-
lentiae literae, hesterna demum die mihi sunt
redditae, ac respectu extraditionis originalium
ex parte Regia documentorum Vice-Commissa-
rius Gärtner sicut appromiserat, inhucusq nihil
ad Secretarium meum scripsit, nec quicquam eti-
am ex parte mea amplius desiderari potest, nam
ad ea quae extra Regium Decretum de novo prae-
tendere vellent, non sum obligatus, ipsi vero e con-
tra mandatis Regiis parum sane sunt morigeri
quando praeterlapsarum Nundinarum Lipsiensium
Festi Paschatos terminus inhucusq mihi necdum
est solutus, ac etiam pro termino imminentis festi
S. Joannis nullam habeo assignationem aut aliquam
Notitiam, ut sic Illmam Vram Excelleam enixissi-
me iterum rogare coactus sim, dignetur ea S. Regiae Mti
Domino Nostro Clementissimo meliori exponere
modo, quo documenta ea Regia mihi extradantur,

269

terminus Lipsiensis exsolvatur adhuc, et pro fest
S. Joannis ad Magistratum fiat ordinatio, ac eti
am promissas mihi ab Illmâ vestra Excellâ: Regias ad
Magistratum Gedanensem ratione anticipationis, lit
ras habere proximis possim unâ cum assignatione Re
gia ad minimum in ipso termino sine dilatione solven
In reliquis refero me ad anteriores meas literas quæ om
mea exposuêre Illmæ vræ Excellentiæ, desideria
hisce denuò quam optimè comendata, quorum exopt
tam resolutionem ac benevolam responsionem av
dissimè expectans, cum apprecatione optimæ valet
dinis cunctæq prosperitatis, quovis venerationis c
tu incessanter maneo,

Monseigneur

de Votre Excellance
le treshumble tres ob
Serviteur
Ferdinand Duc
Curl

Gedani die 30. Maij
aò 1711.

Dat. 30 Maij.

de ~~Mathias Lippert~~

Ut terminus Lippert condolat

Terminus S. Joanni

ad Magistrat Zedorf ut

solvat &c.

L: Jh. [illegible]

30 Maij 1711